



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 84. Et dixit: Abba, pater. v. 36.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

ut quoties in similibus angustijs & periculis versari me contigerit, similius orare concedas semper, ut si fieri posset gratia tua & voluntate: nunquam enim vellatum vngue in tua voluntate meam separare mensebit in eternum.

§. 84. Et dixit: Abba, pater. v. 36.

Sicut parvulus in angustijs positus & tetrore percusus accurrere solebat situm patris pro securitate, & adiutorio: eum acclamando pater, pater & sicut Elisaeus a patre spirituali Elia derelictus & desolatus acclamabatur pro adiutorio Pater mi, Pater mi, currus israel & auriga eius. ita innocens hic Christus ab omnibus creaturis derelictus, unicum recursum habet quem & filius prodigus omni ope destitutus, esoriens, & nudus pro tuenda vita, inuenit, nempe Patrem suum ad misericordiam mouendo: Pater, peccavi in te & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus fac me sicut vnum ex mercenariis in domo tua. ita plane Christus, sed meliore quam ille causa ac modo, dicens Abba, Pater, quasi diceret: Pater non vides filij tui unigeniti pressuras amimi? non intueris desolatum unicum tuum? non consideras circumdatum inimicis, quomodo adueniant in eius interitum? si me odisti propter peccata aliorum, quæsumpsi expianda in me tu saltem misericordia filij tui unigeniti loco peccatorum omnium etiam, ut ipsos decet, deprecantis: in horum petitione igitur deprecor & precor ut transeat calix iste: sed cur Magister options utitur peregrinalingua, & Euangelista, scribit Dominum in cultu divino duplice lingua locutum esse, ἀββᾶ ο πατήρ, certe id spiritus Caluinianus & Lutheranus non probat. non vult ille in sacris adhiberi linguam aliam quam vernaculam. sed, ô Deus, ne finas ipatos circumdari sicut apes, & mortificari tot millibus in piorum aculeis.

**O** Pater igitur Omnipotens, pie & misericors qui nos bonitate tua, cum non essemus, ad imaginem tuam & similitudinem creasti; quique nos miseros Adæ filios per peccatum perditos & Sathanæ subditos redemisti, & inter adoptionis filios assumere dignatus es: qui nos ad hæc vere paterno affectu, alis, doces, gubernas, sustines & conservas. Oramus te votis ardentissimis, ut nobis gratiam tuam largiri digneris, qua tuis præceptis & voluntati alacriter obtemperantes, possimus te vere patrem nostrum appellare, orare ut voluntas tua fiat &c. non solum lingua vernacula, sed & peregrina maxime sacra seu Hebræa, seu Græca, seu Latina vernacula nostræ interspersa in sacris cum Ecclesia Catholica colere, ad ostendendam communione & caritatē cum omnibus populis & linguis, contra sectarios, qui se a orbis terræ populis Schismate diuiserunt & nolunt communicare in lingua eorum nec fide.

§. 85. Omnia